TIT. XV.

UNDE LEGITIMI [1], ET UNDE COGNATI [2].

De consobrinis.

1. Imp. ALEXAND. A. Ulpio.

CONsobrinorum [3] tuorum intestatorum bona, si ad prioris necessitudinis neminem jure pertinuerint: tu, qui eorum possessionem agnovisti, persequi non prohiberis. Dat. 3. Id. August. JULIANO 2. & CRISPINO CONSS. 225.

De propiore sobrino.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Zenoni.

CUm propiorem [4] sobrinum (id est, natum [a] consobrina) rebus humanis intestatum defunctum proponas: intelligis sine [5] auxilio bonorum possessionis ejus te successionem vindicare non posse. Dat. 7. Kal. Jun. *Laodiceæ*, AA. CONSS.

De nepotibus avi materni.

3. Iidem AA. & CC. Felici.

NEpotibus [6] avi materni pro virili [7] portione etiam jure honorario successio defertur. Dat. Idib. Octobr. *Sirmii*, CC. CONSS.

Probatio debet esse de necessario concludentibus.

4. Idem AA. Syristæ.

NOn [8] hoc, an tenuerit quis res hereditarias, necne, [sine voluntate adquirendæ sibi hereditatis,] quærendum est: sed an admiserit [9] hereditatem, vel bonorum possessionem. Dat. 2. Kal. Januar. *Sirmii*, CC. CONSS.

De cognatis.

5. Iidem AA. Platoni.

CErtum quidem est, cognationis jure citra [10] admissionem bonorum possessionis neminem posse succedere: defuncti vero cognati succedere nolentes, bonorum possessionem petere non [11] urgentur. Dat. 12. Kal. Mart. *Sirmii*, CC. CONSS.

TIT. XVI.

DE SUCCESSORIO [12] EDICTO.

1. Imp. ALEXAND. A. Juliano.

SI mater [13] tua propter furorem suum patrui [14] sui bonorum possessionem non accepit: tu filius ejus ad eorumdem bonorum patrui magni possessionem ex Edicto, quo prioribus [15] non petentibus, sequentibus [16] permittitur, admissus es. PP. 3. Id. Decemb. MAXIMO 2. & ÆLIANO CONSS. 224.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Firmo.

SI aviæ eorum frater, de quorum successione agitur, velut [17] ex testamento adiit hereditatem, quos intestatos decessisse, ac falsum testamentum prolatum contendis, & ab intestato non petita bonorum possessione, vita functus est: ac tu, licet quinto [18] gradu constitutus, ex successorio capite petisti bonorum possessionem, vel necdum exclusus petas: eorum successionem potes vindicare. Nam si [19] is quem quarto gradu constitutum [esse] non ambigitur, ex Edicto petiit, nec hoc te latuit: frustra nobis supplicasti. Dat. 6. Id. April. *Sirmii*, CC. CONSS.

TIT. XVII.

DE [20] CARBONIANO [21] EDICTO.

1. Idem AA. & CC. Floræ.

SI tibi ac filio tuo ab his contra quos supplicas, status movetur quæstio: perspicis præmature rerum quas velut de patris successione filius tuus vindicat, restitutionem postulari: cum si in pupillari [22] permaneat ætate, secundum formam Edicti Carboniani data bonorum possessione [23], satisdatione impleta, tunc demum in possessionem eum constitui conveniat: vel hac non [24] oblata, portionem ab omnibus, quam vindicat, possideri: servitutis [25] vero quæstionem in tempus pubertatis differri. Dat. 12. Kal. Novemb. *Sirmii*, CC. CONSS.

Ex summaria cognitione pervenitur ad Carbonianum. Bald.

2. Imppp. THEOD. [26] ARCAD. & HONOR. AAA. ad Rufinum. PP.

CArbonianum edictum sub [27] personis legitimis [ex] indubitato matrimonio custodito [28] partu, & probata legitima successione, defertur: scilicet ut in possessione novus heres constitutus [29], usque [30] ad pubertatis annos, sine inquietudine rebus utatur interdum alienis. Dat. 3. Kal. Octobr. THEOD. A. 3. & HABUNDANTIO CONSS. 393.

TIT. XVIII.

UNDE [31] VIR ET UXOR.

1. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Hierio PP.

MAritus & uxor ab intestato invicem sibi in solidum [32] pro antiquo jure [33] succedant, quoties [34] deficit omnis parentum, liberorumve, seu propinquorum legitima vel naturalis successio, fisco [35] exclusso. Dat. 12. Kal. Mart. HIERIO & ARDABURIO CONSS. 427.

In AUTHENT. de exhibend. & introduc. reis. §. quoniam vero in fin. col. 5. tit. 8. al. 6. & col. 8. tit. 18. al. 13. ut li. matri & aviæ. §. quia vero

2. Novell. 117. cap. 5.

PRæterea *si matrimonium sit absque dote, conjunx autem præmoriens locuples sit: superstes vero laboret inopia: succedat una cum liberis communibus alterius vve matrimonii in quartam, si tres sint, vel paucioves. Quod si plures sint, in virilem portionem: ut tamen ejusdem matrimonii liberis proprietatem servet, si extiterint: his vero non extantibus, vel si nullos habuerit, potietur etiam dominio, & imputabitur legatum in talem portionem.*

TIT. XIX.

DE REPUDIANDA [36] BONORUM POSSESSONE.

1. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Theodosiano.

EMancipatus, repudiata bonorum possessione, absentiæ [37] patroni causæ velamento rursus ad eandem redire quæstionem frustra conatur. Sine die & Consule.

2. Iidem AA. & CC. Theodoro.

FIlio delatam bonorum possessionem, patri ad fraudem filii repudiare [38] non licet. Dat. 6. Kal. Decembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

TIT. XX.

DE [39] COLLATIONIBUS [40].

De eo, quod pater filio emancipato donavit.

1. Imp. ALEXAND. A. Deuteriæ.

EMancipatos liberos testamento [41] heredes scriptos, & ex eo successionem obrinentes, a patre donata fratribus conferre non oportere, si pater, ut hoc fiat, supremis judiciis non cavit, manifesti juris est. PP. 3. Id. Jul. Juliano 2. & CRISPINO. CONSS. 225.

Si pater ut conferatur caverit, vel non.

In AUTHENT. de trien. & semiss. & §. illud quoque bene. col. 3. tit. 5. Novell. 18. cap. 6.

EX *testamento, & ab intestato cessat dotis, & aliorum datorum collatio, ita demum* [42] *si parens hoc designavit* [43] *expressim: aliis, quæ de collatione dicta sunt, suum robur obtinentibus.*

De dote.

2. Idem A. Primo.

SI pater intestatus decesserit relictis duobus filiis, & filia cujus nomine dotem promiserat [44]: portiones hereditatis æquæ sunt, & dos nihilominus ita conferenda est, ut pro portionibus fratres ejus a necessitate præstandæ ejus [dotis] liberentur. Dat. 3. Id. Septembr. JULIANO 2. & CRISPINO CONSS. 225.

3. Idem A. Alexandro.

PActum [1] dotali [2] instrumento comprehensum [3] *Vt* [4] *contenta dote* [5], *quæ in matrimonio collocabatur, nullum* [6] *ad bona paterna* [7] *regressum haberet*: juris auctoritate improbatur, nec intestato patri [8] succedere [9] filia [10] ea ratione prohibetur. † Dotem sane quam accepit, fratribus qui in potestate manserunt, conferre [11] debet. Dat. 14. Kal. Jul. AGRICOLA, & CLEMENTINO CONSS. 231.

4. Imp. GORDIANUS A. Marino.

FIliæ [12] dotem [13] in medium ita demum conferre coguntur, si vel ab intestato succedant, vel contra tabulas petant: nec dubium est profectitiam, seu adventitiam [14] dotem a patre datam vel constitutam, fratribus qui [15] in potestate fuerunt conferendam esse. His etenim qui in familia defuncti [16] non sunt, profectitiam tantummodo dotem post varias prudentium opiniones conferri placuit. P. P. 4. Idib. Mart. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

Dos data confertur constante matrimonio, minus accipiendo de portione hereditatis. Bald.

5. Idem A. Alexandro [17].

DOtis quidem petitio [18] perseverante matrimonio tibi non competebat: quamvis enim ea [19] intestato patre defuncto, fratri conferre debueras; non [20] tamen eo nomine adversus maritum tibi actio potuit esse: cum eo minus [21] [in] partem tibi delatæ successionis patris auferre potueris. Dat. Non. Septembr. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

In AUTHENT. de æqualitate dotis. §. illud quoque col. 7. tit. 9. al. 8. Novell. 97. cap. 6.

QVod *locum habet sive* [22] *pars viri sit idonea, sive mulieri possit imputari, quare marito ad inopiam vergente ex lege Justiniani etiam constante matrimonio non exegerit dotem. Quod ei licet, cum & sui juris sit, & legitimæ ætatis, & cum mater obtulerit dotem, & pater ei consentiat agenti. His cessantibus, solam actionem (licet inanem) conferens, partem ex hereditate feret: hoc, cum dos parva sit. Sed dotem magnam quæ conferri speratur, invito etiam patre filia exigere potest. Hæc observantur, ubicunque collationis ratio emergit, etiamsi avita sit successio.*

Quæ conferat emancipatus.

6. Idem A. Claudio.

EA [23] demum ab emancipatis fratribus his, qui remanserunt in [24] potestate, conferre consueverunt, quæ in bonis eorum fuerunt [25] eo tempore [26] quo pater fati munus implevit [27]: exceptis [his] videlicet, quæ ab ipsis aliis debentur [28] Dat. 7. Kal. Maji, PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

missa a patre. 1 Vid. 5. Harm. 8. §. 10. & 90. 2 Pone dotatam filiam statuto excludi patris successione? masculo extante excludetur: puto aliis filiabus non doratis existentibus idem esse. Quid si masculus non extabit, aut esse desierit? si, dum extabit masculus, exclusa est, eo mortuo non censebitur exclusa: si simpliciter exclusa, semper exclusam esse existimant interpretes. Bart. *in l. ult. ff. ad SC. Treb.* si modo filius heres semel fuerit, secus si heres esse noluerit, aut esse non potuerit. Vid. Capell. Tholos. *dec.* 459.

3 Quid si renunciatio bonorum paternorum, non ipsi patri, sed uni fratrum, vel extraneo, favore tamen fratrum facta fuerit? an ei soli cui facta est, an & aliis ejus coheredibus proderit? etiam aliis prodesse quidam censent (quod Hotomanus *consult.* 8. amplectitur, Dynum & Baldum sequutus) & eo quidem magis, si jurata hujusmodi renunciatio fuerit. Putant enim animæ interitum æque versari in juramento fratri, & extraneo non servato, ac si ipsi patri juratum esset. *c. quamvis. 2. de pactis, in 6.* Imo eo magis renunciationem ejusmodi juratam scilicet fratri vel extraneo servandam esse, quo metus reverentiæ paternæ in ea cessavit, hoc est, quod patris metus non intervenerit. Capell. Tholos. *decis.* 458. *& ibid. Auct.* Verum placet mihi magis sententia Raphaëlis in *l. stipulatio ista.* 38. *ff. de verb. oblig.* existimantis decretalem illam in *d. c. quamvis*, eiusnem esse & exorbitantem, ut ea de causa extendi extra proprium facti speciem non debeat: Porro illam facti speciem referri ad renunciationem patri factam a filia: non esse igitur extendendam ad renunciationem fratri, vel extraneo factam. *arg. cap. qua a jure.* 28. *de reg. in 6.* Pone filiam paternæ hereditati renunciasse? Castrensis censet *consult.* 311. eam renunciationem tantum prodesse ejus fratri, non sorori, de quo tamen dubitari posse censeo. 4 Pactum ut filia contenta sit dote, cæterisque bonis renuntiet, jure civili non valet, *ut hic. l.* 35. §. 1. 3. *de inoffic. l. ult. ff. de suis. l.* 94. *ff. de adq. vel omitt. hered.* nisi forte dos data legitimæ portionem fuisset, *l. ult. ff. de suis. & arg. l.* 8. *supr. de inoffic. l.* 1. §. 3. *ff. si quis a parente manumiss.* Sed moribus nostris hæc conventio recepta est. Pap. 16. *Arrest.* 4. §. 2. & *lib.* 20. *Arrest.* 2. §. 3. dixi ad *l.* 15. *supr. de pactis.* præsertim si filia jurata renuntiet. hujusmodi quoque renuntiatio valet jure Canonico. *c. quamvis. de pactis, in* 6. quod caput proprie pertinet ad renuntiationem juratam non ad pactum juratum promissæ stipulanti hereditatis. Pactum succedendi, seu de succedendo juratum quo quis nobis stipulantibus hereditatem suam promittit, jure civili non obtinet (hoc enim pacti genere, libere testamenti factio promittenti tollitur. *l. pactum.* 15. *supr. de pactis.*) constitutione Leonis valet. *Novell. Leonis* 19. Contra pactum de non succedendo jure civili non valet, *ut hic. l. si quando.* 35. §. 1. *supr. de inoffic. l. ult. ff. de suis.* jure Canonico valet si juratum sit. *d. c. quamvis*: adde Guid. Pap. *dec.* 146. 192. 224. Boër. *quæst.* 62. Cap. Tholos. *dec.* 456. Rotam *decis.* 850. Pap. 6. *Arr.* 4. Quid si beneficii civilis filia a notario monita non fuerit? Papon. 4. §. 2. refert, in Gallia quæ scripto jure utitur, filiam eo casu non restitui. Sed tamen jus Canonicum civili in hac hypothesi præferri non oportere, Hotomanus multis probat *cons.* 22. Ratio potest esse: quod hujusmodi pactum, vel renunciatio jus naturæ impugnet primum. Deinde multis casibus jusjurandum non confirmat ea quæ geruntur, verbi gratia, cautio non numeratæ pecuniæ juramento confirmari non potest. *l. ult. supr. de non numerata*: sed nec ex falsis instrumentis transactio. *l. pen. supr. de transact. l. ult. ff. ad municip.* Quid si quæ renunciavit filia, vivo patre mortua est? Bart. *in l.* 94. *ff. de adq. vel omitt. hered.* Bald. hic & Rolandus a Valle *t. cons. l.* 1. *n.* 44. commanem, ut ait opinionem sequutus & æquitatem, negat tali renunciatione præjudicium fieri nepotibus. *l.* 10. *in fin. ff. de bon. liberti. l.* 6. *ff. de injuste.* & merito: cum successio avita nepotibus debeatur, non ex paterna, sed legis & edicti providentia, ut a patre filiis feu liberis auferri non possit. *arg. l. si adrogator.* 22. §. 1. *ff. de adopt.* Moventur quod ejusmodi renunciatio tacitam conditionem habeat. *Si successio filia deferatur*: & consequenter tacita illa conditione deficiente, renunciatio pro non facta sit habenda. *l.* 14. *in fin. ff. de novat.* facit *l.* 64. *supr. de inoffic.* ut hinc conflet, parentes: vel pacifcendo, vel etiam renunciando, jus repræsentationis, liberis aliquando adquirendum, eis auferre non posse: alias hujusmodi renunciatio propter natos tantum liberos non revocatur ex *l.* 1. 8. *l.* 6. *de revoc.* Roland. a Val. *d. num.* 17. & 23. 5 Profectitia. *l.* 17. *l. eod.* 6 Pactum de hereditate amittenda vel non succedendo jure civili non valet. Vide tamen Socinum *reg.* 280. Quid si pactum factum est in ipso matrimonii contractu, ut filia æqualiter cum fratribus succedat, vel primogenitus ex eo matrimonio nasciturus in omnibus bonis succedat? Pactum jure civili non valet; pactis enim hereditas non datur. *l. hereditas* 5. *supr. de pact. conventi.* liberam testandi facultatem auferret promissori contra *l. ex eo.* 4. *J. de inutil. stipul. l. stipulatio hoc modo concepta.* 61. *ff. de verb. oblig. l. cum donationis.* 34. *supr. de transact. l. ult. ff. de suis. l.* 1. §. *de sacrosanct. eccles.* votum etiam inducit captandæ mortis ejus qui promisit, ut fubsistere ea ex causa non debeat. *l. de fideicommiss. l.* 11. *supr. de transact. cap. nec captando.* 3. *c. desponsa.* 2. *de concess. preb. in* 6. proinde nec juramento. *cap. nun est obligatorium.* 58. *de reg. jur. in* 6. nec statutorum vel consuetudine confirmari potest: nam quod pacto fieri non potest, neque statuto potest fieri. Imola *in l. cum Artemidam* 4. J. *ut in possess. legat. in l.* 2. §. *qua sit longa consuetudo.* ut in hac specie libertas ultimæ voluntatis potentior sit dote & successione. Verum consue-

his qui sunt sui. 28 *l.* 2. *ff. de inspiciendo ventre.* 29 Vocatus, *Cod. Theod. eod.*

30 *l.* 1. §. 11. *l.* 3. §. 2. *ff. eod.*

31 Dixi ad *l.* 38. *D.* 11. adde Ulp. 15. 16. 32 Vid. Ulp. *tit.* 16. *de fideli capacit.*

33 Lege Papia decimaria Thalelæus *lib.* 45. Βικιλικῶν *tit.* 5. & male. Nam lex Papia decimaria ad testati tantum successionem pertinet. *l.* 2. *J. de infirmand. pœn. celib.* Jus antiquum hic a Triboniano dicitur, habita ratione constitutionis novæ, latæ ab iisdem imperatoribus a quibus & hæc lata est, cujus meminere in *l. ult. Cod. Theod. de legitim. hered.* quæ non liberis quidem; sed parentibus aut propinquis extentibus conjuges ad certam partem: nullis autem extantibus, in solidum ab intestato invitabat. Vid. Cujac. 3. *observ.* 12.

34 Alias est extraneus uxoris. *l.* 3. *J. quorum bonor.* nisi conjunx qui superstes est, inops fuerit, defunctus vero locuples. *Novell.* 53. *cap.* 6. *Novell.* 117. *cap.* 5. 35 Et ita in *d. ult. Cod. Theod. de legitim. hereditb. fisco nostro jura matrimonii præponimus.* 36 Ἱερὰ τῶν πτωχοτροφείων τῆς τῶν ὑπερόρων διακονοτρόφου 40. *Eclog.* 8. 37 In propiadana bonorum possessione non requiritur præsentia advocati. *l.* 4. *supr. de postulando*: in causa fisci requiritur. *l.* 7. *ff. de jure fisci.* hoc etiam addendum, Propter absentiam advocati dari dilationem. *l.* 15. *in fin. l.* 23. *in fin. ff. ex quib. caus. maior.* 38 *Contra bon. quæ liber.* 39 Dic hac materia scripsit tractatus Sapotæ Tolosani: eundemque in exegesin redegit Petrus Stella Aurelianus. *Mod.* 40 Bonorum feilicet inter liberos, parentibus mortuis, faciendis. Dixi ad 37. *D.* 6. adde *Novell.* 18. *cap.* 6. *Novell.* 97. *c.* 6. 41 Olim institutionibus, *ut hic, & l.* 7. *J. eod. l.* 1. §. 6. *ff. eod. l. ult. supr. commun. utrunque ind.* nisi collationem præcepisset testator, *ut hic, & d. l.* 7. *l.* 8. *ff. de dot. collat.* hodie emancipati emancipatis, ac suis & e contra fai suis, & emancipatis profectitia, & adventitia ut usumfructum conferunt, nisi testator collationem prohibuerit. *Auth. proxima. & Novell.* 18. *cap.* 6. Idem ab intestato jus est. Eo enim casu liberi conferunt, nisi testator collationem prohibuerit. *l.* 19. §. 1. *ff. familiæ.* Possis interea notare non agi hic simpliciter de conatis emancipato, sed de rebus testamento donatis emancipato. *Goth.* Ad singulas leges hujus tit. vid. Guid. Pap. & Purpurat. *Anf.* Collationis materiam vid. apud Vital. Nemaus. & noviss. Arnold. Vinn. *tract. de collat.* & Marc. Anton. de Amatis *in reperit. l. Si emancipati* 9. *J. eod.* S. L. 42 Collationi non fuit obnoxiæ res a patre liberis donatæ, si parens ea conferri vetuit. adde 5. Harm. 8. §. 37. 43 Id est, vetuit. 44 Dos a patre filiæ promissa, nec soluta, conferitur. *l.* 1. §. 8. *ff. de dot. collat.* fieri per liberationem. *d. l.* 1. §. 8. Id est, liberandi sunt fratres, sive sorores a promissione pro sua parte: liberandi sunt coheredes pro rata: est & illud obiter notandum, non hic agi simpliciter de dote, sed de dote pro-

3. Idem

De dote.

7. Imp. PHILIPPUS A. Tyranniæ.

FIliam testamento [29] patris institutam heredem fratribus iisdemque coheredibus, dotem conferre non oportere, nisi pater hoc ipsum specialiter designaverit, explorati juris est. PP. 6. Kalend. Maji, PRÆSENTE & ALBINO CONSS. 247.

8. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Calippo.

SI foror tua in paternorum bonorum divisione te fefellit [30]; nec dotem quam acceperat a patre vestro intestato diem functo, contulit [31]: Præses provinciæ, examinatis partium allegationibus, *cum bonis dotem confundi* jubebit, *& quod deducta ratione plus apud eam [esse] animadverterit, tibi restitui* jubebit. Idem est, & si arbitro [32] dato divino celebrata est. S. 6. Id. Jul. ipsis AA. CONSS.

Emancipati quibus conferunt.

9. Iidem AA. & CC. Onesimo.

SI emancipati utrique [33] a patre fuistis, collatio cessat. Sin autem frater tuus in potestate [34] [patris] mortis tempore fuerat, nec ullum testamentum relictum est, vel novissimum judicium communis patris, teque emancipatum probatum fuerit: ab intestato [te] ad successionem paternam venientem, ad collationem forma Edicti perpetui certo jure provocat. S. 6. Kalend. Maji, *Heraclia*, CC. CONSS.

De dote.

10. Iidem AA. & CC. Hirenæ.

A Patre verbis precariis in codicillis relictum [35], extero [36] jure capiens filia, ad collationem dotis urgeri non potest. S. 6. Kal. Decemb. *Sirmii*, CC. CONSS.

Quibus emancipatus confert.

11. Iidem AA. & CC. Artemiæ.

POsthumo [37] [præterito] patris testamentum rumpenti, atque intestato succedenti, emancipatum petita bonorum possessione conferre debere bona sua, perpetuo Edicto cavetur: cum his etiam qui sui futuri essent, si vivo patre nati fuissent, conferre debere manifeste significatur: & emancipatis, si legi datæ collationis non pareant, denegandas [38] actiones, non est, ambigui juris. 5. Kal. Januar. ipsis AA. & CC. CONSS.

De dote, & de peculio.

12. Iidem AA. & CC. Philanteæ.

FIliæ, licet maneat [39] in sacris [40], si dotem [41] non conferat, quam mortudinæ jam recepta hujusmodi conventio valet inter nobiles. Capella Tholosana *decis.* 452. valet Leonis jure ut filius ex æquo fit heres, *Novell.* 19. Valet jure feudorum pactum tale, ut ne filii nati ex eo matrimonio succedant: aut ne in majori parte succedant: quam quæ data fuerit. *c. filiis si de feudo defuncti contentio sit. c. unic. de filiis natis ex matrimonio ad morganaticam contracto.* Pone hujusmodi pactum initum, potestne pater in eo pœnitere? potest: quia post tempus mortis refertur. vide plura apud Capellam Tholosanam *decis.* 453. 7 Quibus bona postea a patre quæsita comprehendi negant Dynus & Baldus. *arg. l.* 1. *ff. testam. quemadm. aper.* Idem Baldus negat filiam tali renunciatione jus ex testamento patris succedendi remittere, hoc est, quæ jurato renunciat filia in hac specie licet successioni ab intestato renunciet, non tamen renunciat juri succedendi patri. ex ejus testamento: ne hoc renunciationis genere libera testamenti factio patri præripiatur. Bart. *l. ult. supr. d. pactis*: Capella Tholos. *decis.* 456. 8 Quid? filia renuncians bonis paternis: fraternis num etiam renunciat? Finge filiam ob hujusmodi renunciationem patri non successisse? Pone patris hereditatem ad fratres filiæ renunciantes delatam. Pone rursus unum ex fratribus ejus mortuum: quæri potest an superior filia fratri ita mortuo cum reliquis defuncti fratribus succedat, ut superior renunciatio ei non obstet? Non obstat. Cur? uno casu facta renunciatio, renunciationem in alio non inducit. *l. si domus.* 21. *ff. de servitutib. l. si quis sunt* 8. *ff. de jure delib. l.* 1. §. *Sed videndum.* 11. *ff. de success. edict.* Igitur facta eum in modum patri renunciatio, fratri facta non intelligitur. Vis enim & effectus unius contractus ad alium, quam qui expressus est, non extenditur. *l. si ita stipulatus* 126. §. *Chrysogonus* 2. *ff. de verb. obl. l. ad probat. supr. d. pactis.* vide Guid. Pap. *decis.* 191. 211. & Capell. Tholos. *decis.* 457. Roman. *consil.* 168. 9 Non fini legitimæ, hoc est non ut simpliciter nudam legitimam ejusve supplementum petat, sed in universum. Quid si testatus fit pater? ad solam legitimam ejusve supplementum erit filiæ actio. *arg. l.* 8. *l.* 35. §. 1. *supr. de inoffic.* 10 Multo minus & ejus liberi prohibentur. 11 An idem, si filius renunciavit hereditati paternæ propter expensas studiorum causa factas? Baldus hic negat, nisi filius juramento renunciaverit. *Goth.* Vid. Corasium *Epist. quæst. c.* 32. Gaterium *part.* 2. *resol. c.* 50. Berojus *quæst.* 45. Mod. 12 Non modo fuæ, sed etiam emancipatæ. Nam omnes liberi sive sui non sint sive in potestate, dotem conferunt: sui suis & emancipatis: emancipati suis & emancipatis. Vid. *l.* 17. *J. eod.* 13 Quid donatio propter nuptias? confertur quoque: est enim quædam veluti dos & ἀντίφερνα. *Novell.* 18. *cap.* 6. Quid donatio simplex? vid. *l. penult. J. eod.* 14 Dos adventitia confertur, *ut hic. & l.* 1. §. 7. *ff. de dot. collat.* hodie non confertur, *l. ult. J. eod.* utique hodie fola profectitia dos confertur, ita & adventitiorum usufructus, *d. l. ult.* 15 Vide quæ dixi ad *l. J. eod.* 16 Vid. *d. l.* 17.

17 *Hal.* Alexandræ, ut alloquatur mulierem. 18 *Al. portis*, male. nam mox sequitur actio.

19 *Legendum videtur*, eam. 20 *l.* 9. *supr. de rei vind. l.* 7. *supr. solutio.* 20. *ff. famil.*

21 Liberi acceptam (de promissa vid. *l.* 2. *supr. eodem*) dotem conferant, vel re ipsa, id est, vera divisione. *l.* 1. §. 11. *ff. eod.* vel cautione collationis. *l.* 1. §. 9. *ff. eodem. l.* 20. *ff. familiæ*: vel cautione defensionis. *l.* 2. *supr. eodem.* vel tanto minus accipiendo ex parentum bonis, *ut hic: & Novell.* 97. *cap.* 6. Galli, *Rapporter, en moins prendre. l.* 1. §. 20. *ff. eodem.*

22 5. Harmenop. 8. §. 25. 23 5. Harmenop. 8. §. 33. 24 Id est, fuis.

25 Et ita profectitia & adventitia. Hodie hoc immutatum est. *l. ult. J. eodem.*

26 *l.* 13. *l.* 15. *J. l.* 1. §. 17. *ff. eod. l. ult. supr. si ut omiss.* & Ulp. 28. §. *emancipatis.* 4. vid. Cujac. 3. *observ.* 34. ubi ostendit momentum mortis sive morientis, vitæ potius, quam morti tribui. 27 Quid si quid postea adquisiverint? non conferent. 5. Harm. 8. §. 33. adde *l.* 15. *J. eod.* 28 Id est, deducto ære alieno. *l.* 2. §. 1. *ff. eod.* 29 Filia succedens ex testamento, dotem olim non conferebat, nisi testator jussisset: hodie confert, nisi testator expressam collationem prohibuerit. *Novell.* 18. *c.* 6. dixi ad *l.* 1. §. *eod.* adde *l. un.* §. 11. *in fin. supr. de rei uxor.* 30 Fallit coheredem, qui cum eo hereditatem dividit, nec a patre accepta confert. 31 Collatio omnis condici potest. *l.* 36. *in fin. ff. fam.*

32 Sive divisio familiæ fiat præsente arbitro, *ut hic*: sive absente, *ut* 8. *eod.* omissa collatio conficitur. vid. *d. l.* 36. *in fin.* 33 Emancipatus emancipato non confert, *ut hic.* suo confert, si ipse ab intestato succedat. *J. eod. l.* 9. *ff. eod. l.* 1. §. *fin. ff. de conjungend. cum emancip. liberis.* 34 Vid. *l.* 6. §. *eod.* 35 Legatum. Liberi prælegata non conferunt. vid. *l.* 16. *J. eod. l.* 4. *ff. de dot. collat.* 36 Extero jure a patre filia capit, quod ut extranea, non ut filia accipit. 37 Posthumis fit collatio, etiam ab emancipato. *l. ult. ff. eod.*

38 Non conferenti denegantur actiones hereditariæ. *l.* 14. *J. eod.* 39 Solis nuptiis liberi non solvuntur patria potestate. *l.* 5. *J. de condit. insert. l.* 7. *supr. de nupt.* §. *secunda Inst. de SC. Tertull. l.* 1. *J. de bon. quæ lib.* Atque ita mulier fub duorum est potestate, patris nimirum & mariti. Marito adquirit ex operis diurnis: patri vero usumfructum cæterorum bonorum. *l.* 4. *J. de bon. quæ lib.* 40 Sacra paterna & in facris paternis esse, constitui, retineri, manere vel ab his dimitti, abfolvi, dixi plenissime ad *l.* 10. §. 1. *J. de adopt. & ad l. ult. J. ad SC. Tertull.* 41 Filiæ dotes conferunt; aliquoin denegatur eis ad hereditatis

tis tempore communis patris habuit, fratribus in eadem familia constitutis, actiones [1] hereditarias denegari non ambigitur. Unde consulte ac pro juris ratione collationem fratribus tuis quos in patris communis mortis tempore fuisse potestate proponis, offeres. Cum autem fratres tui durantes in familia patris, peculium [2] (si hoc neque castrense [3], neque relictum [4] eis doceatur) præcipuum habere non possint, sed in divisionem paternæ veniat hereditatis, nec quicquam muret, penes quem res ex hoc proficiscentes, & in eadem causa durantes, constitutæ reperiantur, absoluti manifestique juris est. Dat. 11. Kal. Febr. *Sirmii*, CC. CONSS.

De quæsitis post vel ante mortem patris.

13. Iidem AA. & CC. Antistiæ.

SI donatione tibi post [5] mortem patris fundum quæsisti, soror [tua] portionem ejus vindicare non potest. Nam si is filiæfamilias constitutæ [6] tibi a patre donatus est: cum sorore patri communi succedens [7], eum præcipuum [8] habere contra jura postulas. Dat. 6. Id. Februar. *Sirmii*, iisdemque CC. CONSS.

De heredibus.

14. Iidem AA. & CC. Stratonicæ.

SI maritus quondam [tuus] ab intestato patri suo heres [9] extitit, & ei posthumus [10] a te editus successit, actiones hereditarias amitæ [11] filii vestri, quas habuit patris sui mortis tempore, dotem non conferenti, denegare Præses non dubitabit. PP. 7. Kalend. Mart. *Trimontii*, TUSCO & ANULINO CONSS. 295.

De emancipatis.

15. Iidem AA. & CC. Philippo.

NEc [12] emancipati [13] post mortem communis patris quæsita conferre coguntur: sed hæc retinentes, ejus bona pro hereditaria dividunt portione. Datum Idib. Decemb. ipsis CC. CONSS. 297.

De codicillis.

16. Iidem AA. & CC. Socrati.

FIliam cum fratribus suis coheredibus intestato patri succedentem, ultra [14] relictum codicillis [15] non conferentem dotem, judicio familiæ ercisciundæ nihil posse consequi, summa cum ratione placuit. Dat. 5. Kal. Januar. ipsis CC. CONSS. 297.

De dote & ante nuptias donatione.

17. Imp. LEO A. Erythrio PP.

UT liberis, tam masculini quam fœminini sexus, sive in potestate constitutis, quocunque jure intestatæ successionis, id est, aut testamento penitus non condito, aut si factum fuerit contra tabulas bonorum possessione petita, vel inofficiosi querela [17] mota rescisso, æqua [18] lance parique modo prospici possit, hoc etiam æquitatis studio præsenti legi credidimus inserendum, ut [19] in dividendis rebus ab intestato [20] defunctorum parentum, tam dos [21], quam ante nuptias donatio [22] conferatur, quam [23] pater, vel mater, avus, vel avia, proavus, vel proavia, paternus, vel maternus dederit, vel promiserit pro filio, vel filia, nepote, vel nepte, pronepote, vel pronepte, nulla [24] discretione intercedente, utrum in ipsas sponsas pro liberis suis memorati parentes donationem contulerint, an in ipsos sponsos earum, ut per eos [25] eadem in sponsas donatio celebretur: ut in dividendis rebus ab intestato [defuncti] parentis, cujus [26] de hereditate agitur, eadem dos, vel ante nuptias donatio ex substantia ejus profecta conferatur: emancipatis [27] videlicet liberis utriusque sexus, pro [28] tenore præcedentium legum [ea] quæ in ipsa emancipatione [a parentibus suis] (ut adsolet [29] fieri) consequuntur, vel post [30] emancipationem ab eisdem parentibus acquisierint, collaturis. Dat. 5. Kal. Mart. BUSÆO & JOANNE CONSS. 467.

De emancipatis, vel alio modo sui juris effectis.

18. Imp. ANASTASIUS A. Constantino PP.

LIberos [31], qui per nostræ legis auctoritatem per oblationem precum [32] & Imperiale rescriptum, sui juris effecti fuerint, ad similitudinem cæterorum qui emancipati ex antiquo [33] jure sunt, collationes facere jubemus [34] compelli secundum ea, quæ super cæteris emancipatis statuta sunt. Dat. 12. Kal. August. *Constantinop.* PROBO & AVIENO juniore CONSS. 503.

De dote, & ante nuptias donatione.

19. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ PP.

ILlam merito dubitationem amputare duximus, quæ super collatione dotis, vel ante nuptias donationis, inter certas personas satis jam ventilata est. Nam si intestatus quis defunctus esset, filio, vel filiis, [aut] filia, vel filiabus relictis, & ex mortua filia [vel filio] cujuscunque sexus, aut numeri [35] nepotibus: vel si qua intestata defuncta esset, filio quidem, vel filiis, filia vel filiabus similiter relictis, ex mortuo vero filio, vel filia itidem nepotibus cujusli